

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. V. Paradisi terrestris amœnitas, & pulchritudo declaratur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

lia vel Hispania, amplitudinem adaequaret. Sanè non video, cur viginti aut triginta leuca nō sufficerent pro uno horto, & quare, quamvis magnus esset fluvius ille quo paradisus rigabatur, spatum tot leucarum ad ejus de cursu nō esset sufficiens: neque puto Augustinum, aut Mossem Barcepham, majorem requirere longitudinem.

33. Dices primò: Si Adam non peccasset, omnes ejus posteri mansissent in paradiſo terrestri: Sed illi in tam exiguo loco manere non potuissent: Ergo paradiſus terreltris spatum viginti & triginta leucarum excedit, & ad minus unius magni regni, qualis est Gallia, vel Hispania, magnitudinem adaequat. Minor probatur. Cū pri- mihomines post peccatum fere ad mille annos viverent, si non intercessisset peccatum, multo longiori tempore vixissent, subindeq; numeroſissimam problem edidissent: Ergo non potuissent simul in paradiſo manere, nisi ille sit locus vastissimus & amplissimus, & spatum viginti aut triginta leucarum excedat.

34. Respondeo primò negando Majorem: Nam si status innocentiae perseverasset, non in solo Paradiſo, sed in omni terra, sicut & modo, posteri Adā habitassent. Unde Adā & Eva cum iustitia originali creatis, Benedixit illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, Genes. 1. Ubi de universa terra nuper à se creata, etiam extra Paradiſum, loquitur Deus: ad replemandam enim solam terram Paradiſi non erat opus tantā multiplicatione, quantam beneficio illa significabat. Item Mōyēs ibidem narrat, dixisse Deum homini, ut dominaretur cunctis animalibus, & iubiceret sibi omnem terram; concessit quoque illi, cibi causā, omnes herbas, & omnes fructus arborum universæ terra: quæ omnia satis aperte declarant, in itatū innocentiae, non tantum in Paradiſo, sed etiam extra ipsum habitatores fuisse homines. Et sanè, cum non omnia in uno loco nascantur, si homines intra Paradiſum tantummodo habitassent, nec scientiam rerum naturalium, quæ perceptione sensuum, multisq; experimentis comparatur, consecuti fuissent, nec ex cognitione & contemplatione tantorum Dei operum, quæ in variis mundi locis apparent, honestissimam volupatem, quæ est suavissimum meritis pubulum, capere potuissent. Adde quod universa terra foret inculta, sylvestris & indecora, si eset deserta, & hominibus vacua; cum hominis industria & cultura multum ei ad fertilitatem, amoenitatem, & decorem conferat; ita eset omnino orjosa & in vanum à Deo creata, quod repugnat Scriptura sacra, dicenti Isaiae 45. Dominus fecit terram, ipse plas̄tus ejus non in vanum creavit eam, ut habaretur forma vitæ eam.

Hac solutio probabilitate non caret, & juxta illam dicendum est, quod si Adam non peccasset, & felicissimus innocentiae status perseverasset, posteri ejus videntes Paradiſum non posse cunctos capere, inde multi ad alias se contulissent terras, qui tamen sibi edendi de fructu ligni vita causā, ad Paradiſum venissent, vel talem fructum ad se deferri curasent, vel certe tecum ramum aut semen talis arboris detulissent, ut ipsum ubi degilissent, sererent, vel plantarent.

Secundò responderi potest, datā Majori, ne gando Minorem: cū enim in statu innocentiae homines contra Solis frigorisque injurias, dominibus non indiguisserent, & in fructibus, herbisque sufficientem cibam habuisserent, facile valde mul-

A tihabitare potuissent in Paradiſo terrestri, eñi viginti aut triginta leucarum spatum non excederet; præsertim cū non omnes quorū tunc erant nascitū, semper in eo mantulē, sed per generationes certis temporibus in celum translati fuissent, ut docet Magister in 2. diff. 20.

Dices secundò: Si paradiſus terreltris spatum viginti aut triginta leucarum non excedat, quomodo tam diversas terras irrigare possunt quatuor flumina ex illo manantia, & per quatuor mundi partes adeò inter se distitas discurrere?

Respondeo ad hoc non requiri ingens spatum: nō enim Danubius & Rhenus vicinissimos habent fontes, & unus descendit per totam Hungariam, & Thraciam, seque poti Constantiopolim exonerat; Atq; verò in Hollandia? Adda paradiſum terreltrum in ea altitudine esse putum, commode possim inde in quatuor partes valde inter se distitas quatuor illa ingenta flumina egredi, ut articulo præcedenti annotavimus.

#### ARTICULUS V.

*Paradiſus terreltris amoenitatis, & pulchritudo declaratur.*

Paradiſum terreltrum esse locum amoenissimum & jucundissimum, Mōyēs aperte declarat, dum ipsum Paradiſum voluptam appellat, hoc est amoenissimum & delicatissimum, & quasi in ipsa volupte & amoenitate positum. Unde Hebrei ipsum vocant τὸν ἑδονὴν, quod horus deliciarum interpretationem apud Hebreos τὸν ἑδονὴν significat hortum, τὸν ἑδονὴν, Unde Leonius Parisiensis Presbyter libro i. historiarum veteris testamenti, quas carmine descriptis, habet hos versus:

Ante dominum in factum pisces, volucrasque, feraſſa  
Cū Deus aquoreis erexit nuper ab undis,  
Arboribus, viridiisque ornare gramine terram,  
Ipse voluptratus iam tunc oriente remoto,  
Montibus in summis hortum plantavit amenum,  
Inde Paradiſus, hinc hortus deliciarum!

Et requies meruit, & vita beatā ridenti.  
Mirū etiam SS. Patres ejus pulchritudinem & amoenitatem extollunt: Basilius enim oratione de Paradiſo, his verbis eum describit: Paradiſus locus erat deliciis omnifariam affluens, omnem creaturam sensibilis exuperans pulchritudinem; ob sublimitatem loci in quo erat, nulla sui parte tenebras adiungens, sed exorientium syderum splendore semper illustratus; in quo nulla erat immoda ventorum violencia, tempeſtarum procella nullus hyems horror, nomicia veris humiditas, non torrens aſtatis ardor, non moleſta & noxia autumni ſiccitas, sed temperata & pacifica omnium temporum inter se conſonantia; ita ut quod in quaue anni tempeſtate optimum & jucundissimum eſt, in ſe habetur, verū amoenitatem, ubertatem aſtatis autumni bilinearitatem, hyems oriorum & quietem: cuius terra pinguis erat & molles, omninoque honorum & voluptrum fertilius; quam verisime dixiſſes fluere lacte & mellet.

Sic illa habet Damascenus lib. 2. de fide cap. 11. ubi sic discurrit: Quia verò Deus plas̄turus erat, hominem ad ſuam imaginem & ſimilitudinem, tanquam quandam regem & principem universitatem, & eorum quæ in ea ſunt, preſeruit ei quoniam veluti regiam, in qua diverſans, bearum & omnię partē ſæcilem deducere vitam. Et ipſa eſt diuinus Paradiſus, Dei manib; in Eden plantatus, letitia & voluptas omnis promptuarium: Eden enim voluptas interpretatur. In oriente vero ſuam

terè excelsor collocatus est optimā temperie, & acer  
felicissimo atque parissimo splendidus; plantis semper  
virentibus in fragratis, odoris sua vitate resertus, plenusque  
lumen, universa sensibili venustatis & pulchritudini  
in superescendens intelligentiam; divinus profecto lo-  
cus, si dignus eis qui ad imaginem Dei creatus est in-  
clusus. Unde Marius Victor lib. i. in Genesim:

Illic queque suū dixit sicut fructibus arbor,  
Pomaque succidus pellantur mitia Pomis.  
Quae jucunda epulis, & miri plena vigoris,  
Membra animoque sovent, pascuntque sapore &  
odore.

Sideres hic terra vibrat distincta colores,  
semper flore novo frondens, fructuque recenti.  
Hic fragiles solvant calamos, animata vigore  
Muneris amboſi, ſpiri anti cinnamā odores:

Omnia certarum hunc congeſta putabū in hortum.  
Demum Alchimus Avitus, Paradisi terrestris  
amenitatem his versibus celebrat:

Hic ver aſſiduum cœli clementia ſervat.  
Turibus Auster abeft, ſemperque ſub aere ſudo  
Nubila diſſuunt, iugis ceſſura ſereno.  
Nec poſit natura loci quoſ non habet imbreſ,

ſed contenta ſuo doceantur germina rore:  
Si cum deſt hyems, nec torrida ferueat aſtas:

fructibus autumnus, vel floribus occupat annum;

Qubis verbiſ Paradisi terrestris amoenita-  
tem & præſtantiam quatuor potiſſimum in re-  
bus policiam fuile declarat: nempe in celo &  
aere, in aquis, & ipſe terra ſolo. In celo ſumma  
eraſ ſalubritas, & omni tempore ſuaviflma  
quedam æquabilitas, quaſ tamquam pérpetuum  
quoddam ver caufabat. In aere magna erat  
ſenſitatis & puritas, ſubindeque magna claritas:  
qua ut ait Beda, puritati aëris claritas lucis pro-  
portionatur. Aquarum igens erat copia irrigan-  
tum Paradisuſ: unde in magnis laudibus So-  
dome, ante quam ſubverteretur, illud memorau-  
tur in primis Genes. i. 3. quod tota terra irrigare-  
tur Jordane fluo, ſicut Paradiſus Domini. Terra  
etiam Paradisi optima erat & fertiliſſima ac  
ſponſe, ſine labore & moleſtia hominis (non tamen  
line eius cultura) proferens qua cumq; omni-  
nes ſenſus hominiſ ſuaviflma poſſent juendite-  
tate & voluptate complere: gulfu enim ſapi-  
dissimas herbas & dulcissimos fructus ſuppedi-  
bat; odoratissimi flores ſuaviflmos, ac pretioſiſſi-  
ma aromata producebat; viſum quoque varieta-  
tis colorum & figurarum venustate recreabat:  
unde Scriptura ait: Producit Dóminus Deus de humo  
omne lignum pulchrum viſu, & ad reſendum ſuave:  
qubis verbiſ ſignificat quod in Paradisuſ erant  
ligna, non ſolum obneceſſitate cibi, ſed etiam  
ad deleſationem viſus, ut ſcilicet deleſaretur  
homo in videndo tam pulchram varietatem. In  
alijs etiam locis Scriptura, Paradisi pulchritudo  
ex varietate arborum, quaſ nunquam comam  
aut virorem perdebat, mirum in modum com-  
mendatur: nam Ezechiel: 31. Spiritus Sanctus  
mirabilem Luciferi pulchritudinem deſcribens,  
aīt: Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiſo Dei, &  
altiores non adequauerunt ſummitatem eius. Et ire-  
num: Omne lignum paradiſi non est aſſimilatum illi,  
neque pulchritudini eius. Item in Paradiſo terreftri  
auditus leniſſimo ſpirantium aurarum ſonitu, &  
dulci avium conuentu depulcebat; ut nullus  
aer ſenſus, qui ſibi propriā voluptate careret.  
Denique omnia tunc in veritate illi prima re-  
rum institutione & felicissimo ſtatui innocentiae  
conveniebant, qua Poēta mendaciter adſcribit  
aurez etat Saturni, per illam aliquantulum ſub-

A olſacientes, atque procul quafi in tenui caligine  
prospectantes illam fœliorem rerum condi-  
tionem, quaſ ante hominis lapsum florebat.  
Quod igitur de prima mundi aetate canit Ovi-  
dius, immundi exordio & innocentiae ſtatu ve-  
rum erat.

Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris  
Spirabant Zephyri: natos ſine ſemine flores,

Mox etiam fruges, tellus marata ſerebat:

Nec renovatus ager, gravidus carebat ariftus.

415

Potest etiam Paradisi amoenitas & præſtantia

ex fine ob quem à Deo conditus eſt ſuaderi.  
Nam, ut ſupra ostendimus, Deus illum condidit,  
ut eſſet conſentaneus locus ſclicitati & inno-  
centiae, & ut incomparabiliter cœleſtis Paradisi  
pulchritudinem adumbraret in terris. Unde mé-  
ritò Damascenus loco ſuprà relato dixit, Para-  
difuſ ſuile omnī latitie & voluptatis promptuari-  
um, universa ſenſibilis venustatis intelligentiam exce-  
dens. Atque, ut ſuprà etiam ex Abulensi annota-  
vimus, Paradifus, quali parans Dei viſum, recte di-  
ctus eſt: ejus quippe habitatio erat veluti quæ-  
dam cœleſtis gloria prælibatio & praguatio.  
Sicut enim Beati in celo nullum habent a quo  
declinet malum, & omne habent quo perfrui-  
antur bonum: ita primi patentes in Paradiso ter-  
reſtri omnium bonorum copia affuebant, abſq; illius proiſſus mali experimento; ita ut nihil  
C optare poſſent, quod ibi non eſſet, & nihil hor-  
rere aut timere, quod ibi eſſet, ut eſſet gaſter ex-  
pendit Augustinus 14. de civitate Dei cap. 10.  
his verbis: Quid timere aut dolere paterant in tanto-  
rum tanta aſſluentia bonorum; ubi non aberat quid-  
quam quod bona voluntas non adipiſceretur, neque in-  
erat quod carnem vel aninum hominiſ ſoliciter vi-  
rentis offendere, vel in aliquo moleſtare?

#### ARTICULUS VI.

De arbore vii.e.

E Tū in Paradiso omnia genē a arborum ſu-  
rint, tam earum qua ad obleſtandum alpe-  
ſtum, quam aliarum qua ad ſuavitatem cibi ho-  
minis pertinebant, ut art. p̄cedenti declaravi-  
mus: Scriptura tamē ſpecialiter meominit du-  
plicis arboris in medio paradiſi plantatae, nimi-  
rum arboris vita, & arboris scientia boni & mali.  
Producit (inquit) etiam Dominus Deus lignum vi-  
tae in medio Paradiſi, lignumque scientia boni & mali.  
Unde Marius lib. i in Genesim:

Hinc arbor vita, celſis petit aerā comis:

Illinc diversoſ nocitura peritia fructus

Notitiam rerum ſupendit ak arbore lega.

Prima, arbor vita dicebatur, quaſ ejus fructus  
habebat virtutem conservandi vitam hominiſ,  
fortificando virtutem ſpeciei contra debilita-  
tem provenientem ex admixtione extranei. Un-  
de Augustinus 14. de civit. cap. 26. Cibis aderat  
hominis ne eſuriret, potius ne ſitiret, & lignum vita ne  
ſenectus eum diſſolveret. Et in libro de quæſitioni-  
bus veteris & novi testamenti afferit, quod vita  
arbor, medicina modo, corruptionem hominiſ prohibe-  
bat. Sed

Notandum eſt, quod in Hebræo p̄ ſo ligno vi-  
ta, ponitur lignum vitarum: primō quaſ hominiſ  
vitam longiſſimam, & quaſ eſſet inſtitu multa-  
rum vitarum, quaſ nūc homines agunt, tribue-  
bat: ſecondō, quaſ vitas omnes (vegetativam,  
ſenſitivam, & rationalem) in ſuo robore con-  
ſervabat, ut ibidem expoñit Cajetanus: tertio  
quaſ non uni tantum Adamo, ſed & omnibus  
eius posteris, ſi innocentia ſtatus perfeveraſſet,